

Pier. Val.

sem nuda figura appositam. Pier. Valerian. lib. 5. cap. 15. *Canis hieroglyphicum* (inquit) *cum diademate, sive fascia, vel amiculo, reliqua corporis facie nuda.* Pessimus iudex figuratur, quavis infulus ornatur; sed vivide pingitur: etenim idem, dare insignia pravo iudici, atque proijcere cani. Canis conditio est mordere; & venenose, si afficitur rabie. Iudicis insignia, uti toga ac vestis regia, alliciunt iniurie querulum, ut properet in iudicium decipitur miser in cogitato recursum, dum dolere faucibus de dolo; quippe invenit mortuum canis, quum cupit officium iudicis. Instrumentis officij iudex exultat canis adinstar, & audet, innocentiam quoque mordere gessit, quia ornatum muneris nititur; & auctoramine parvasialtes inverecundus defenditur, prorsus ministerij indignus, quo insanè periculis in procacitatis ausus: etenim sine muneris pravæ fortis protectione, non solum non auderet tenax mordere; verum nec in lacratum os timidus aperire. Obtegatur fascia, qua obnubitur & figura & impudentia: unde detractu ornatum, ac dignitatis venerabili velo, in tribunali picturati iudicis, apparet figura canis. Qui ut homo in Syndrium assumitur, in canem cordis rabie agitatus convertitur, dissimulat canis conditione splendore rutila, micantis fascia. Quia infulus filtratus, atque crotalis munitus, intrumescit è fastu, inflatur è culta: hunc mordet, hunc figit, hunc laniat; hunc devorat: ut affidi torqueantur dirius, vehementius, in tribunal iustitiæ tendentes oculos: siquidem desiderantes præ cruciamine iudicem; in iudice prorsum inveniunt cruciamen, ac entitate canis, vestem muneris & nomen. De Proëmphanis habentibus canem pro Rege, dicemus, T. 6. D. 4. n. 13.

15. Modò enucleanda iudicis pravi ex emblemate malitia. Canis figura ornatur insignibus iudicis, verum nuda amiculo parte pectoris. Facie quasi cauda blanditur, pectoris ostensione quasi obsequitur; & tunc Autolici, seu Epei machina extruitur, cum mœore innocentis & exultatione mordacis callidissimi iudicis: igitur intendens avidè candidus in pectus nudum, offendit infelix in iudicem canem rabidum. Pingitur Monarchia Persarum à Daniele, dicente: *Eccc bestia alia, similis urso, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius.* Lamentabile omnino, & in principatus ignominiam, quòd sequeretur etiam bea-

Pravus, canis est, & ab profus.

Et canis rabidus.

Dan. 7. 5.

stia post bestiam: simulque in dedecus dignitatis, cognosci in throno principes tantum per dentes: quandoquidem si obvia pabula, comedebat, & vorabat uti bestia. *Tres ordines erant (subdit) in ore eius.* Ordines potius in aure, quam in ore: & apè signantur dentes, ac præsupponuntur aures; quia audita ex prima bestia ordinis cuiusvis notitia, ecce in procinctu alia bestia, que dentibus lacerabat, quos prima bestia mittebat. Aliqui symbolum intelligunt de Cyro, à cane lactatus, uti videbimus, *Tautolog.* 4. num. 10. Alij de Canbyse, eius filio, qui ab Ægyptijs dicitur Afinus: cuius scommate percussus, furenter dixit & implevit opere: *Hic afinus vestrum devorabit bovem.* Vide Dionem, tæmeti Plutarch. de *Lisd.* & *Orisid.* tribuat Artaxerxi Ocho: at apud clasicos AA. expugnatione Ægypti, & Apis bovis percussio, Cambysis fuit operatio. *Briet. Ann. Mund.* 3532. & *Iustin. Histor.* lib. 1. Ille qui afinus, in dignitate notus: siquidem qui bestia erat in privata fortuna, in throno alia quasi dupliciter bestia. Patet: simulatque arripuit regimen; quantumvis afinus devoravit bovem. Timendus utique, dente potens atque ventre. Pro *Ordines*, Theodorus ret. legit: *Ala. Ala?* Unde? *Haud tanta esset in devorationem audacia, ni alas tener haberet à bestia prima. Ala in dentes? & tres ordines, ut non solum comminueret, sed devoraret. Ecce alia bestia, cuius nocumenta à dente, quippe ala data ex ordinibus à bestia superiore. Post bestiam stolidam stolidissima bestia, ita ut acceptari possint vetula vota, Dionysio tyranno vitam longiorem precantis: equidem molestissimum subditis, expectare principem in iudicium, & videre ferum ursum cum triplici ordine dentium. Nostrates: *Mirar un oso en las dignidades con tres ordenes de dientes.* Hi nati profectò in bestiaram, atque belluarum consortium, haud in humanum commercium: siquidem ut emineat potestatis auctoritas, dant veniam corvis, vexant cenfurà columbas: itaque variant in tribunali iudicia, ut forment candida de nigris, & de candentibus atra. Clamat innocentia. Quid interest? Iusti humiliter accedunt, & proteruntur? Dicit pravus, quod Hyppolytus, apud Senecam in *Traged.* v. 564.*

*Detestor omnes, horreo, fugio, exsecror. Sit ratio, sit natura, sit dirus furor. Odisse placuit.*

Latentes sed devationes inter pravos iudices.

Plutarch:

Cur signatur per dentes, & bestiarum conditionem?

Theod.

Feri sunt urfi innocentiæ voraces,

Seneca

DIDASCALIA IV.

Mala profectio causa, quum ab amore irato datur sententia.

Quousquè palam causa, cæci nonnulli inhiant transitoria, quos taxat Sroicus *Epist.* 123. *Inde* (inquit) *ad hæc pervenitur verba: Virtus & Philosophia & iustitia, verborum inanum crepitus. Una felicitas est, bona vita: facere omnia liberè, frui patrimonio. Hoc est vivere: hoc est, se mortalem esse meminisse. Fluant dies, & irreparabilis vita decurrit. Quinimò utique quæ iterant illud Lucani, 4. *Pharsal.* V. 491.*

Lucan.

Simonid. Oblivio pœne fomes perditissimæ vitæ.

Lucret.

Tertull.

Sacerdos ita Tertullianus, de *Dei iudicio*, cap. 4. pietas ubi Deus furdus, qui ita pius, ut afflicto

cordi adesset, antequam præ dolore clamaret! Utiq;e. Homo abusus eius amore: exardescitque pietas, ubi ex amore efformatur iniquitas.

2. A throno iudicantis procedebant fulgura & voces & tonitrua. Tonitrua, ut fragore cor hominum è somno ferreo excitaret; voces, ut audiret; fulgura, ut illuminaret. Alij: *Fulgura & voces & miracula.* Vide Lyranum hic. Nihil mirum in divino amore, sufficere miraculum pro fulmine, dum irascitur in homines, indignationem eius accendente stimulo iniquitatis: igitur in quos tantum amoris studium; vel leve supplicium exponitur ut miraculum. Amor incumbit nonnunquam in gratias, ut transeat, & non subsistat iniquitas: verum cum gratias perfussent, quibus scelera placent; in expressionem iustissimæ indignationis, fulgura permutantur in activitatem fulminis, quo in mortem atque damnationem eximia dilectio micat; quoniam ingratos suffocat, radijs queis illuminabat. Olim amor ornabatur fulmine apud Ethnicos, uti in eius *Imagin.* fol. 334. notat Vinc. Chartarius. Qui hamatis sagittis, ut traheret corda, dulcia ferebat arma; non tantum gaudet face, sed etiam fulmine? Insignia sunt irati amoris, ac iniuriæ vindicis: etenim despectus dilectionis vehementior, si in dilectos è corde succenset amor. Illuminat, ut corda trahat; ronant, ut excitet corda. Recedunt, sed blande suscipit: fugerunt, sed benignitate traxit. Indulst, quippe figmentum cognoscit: verum iterum recesserunt in cupita, quia in pectore amoris occurrit indulgentia. Unde cum agrè ferat, ex gratia confici iniuriam, currit iratus in urentem flammam, expellens è pectore, quos gratijs volebat trahere; ut consistet quanta indignatio ex amore despecto, atque gratiarum abusu: equidem dilectionis dulcissimum fomitem ingratitude transformavit in fulmen. Fulmen in supplicium est, de quo non cavebat, quia semel indultum, humanum cor; cum voces admonerent, ut à facie arcus penituntine fugerent. Iam enim ista completa, quum renuerent amore reverti corda: vocesque videntur ut flamma fulminis; quia noluerunt procaces audire voces. Penitudo quibat extorquere fulmen è manu iustitiæ, quo intuitu fulgura multiplicavit in quiete: fulguraque secutum est fulmen, exprimens amoris indignationem; quippequam fulmina ridentes vidit, cum

Apoc. 4. 5.

Miram in Dei pietate supplicium.

Amor cum fulmine.

Transformat in fulmen gratiarum fomitem.



fulgura in pluviam lachrymarum fecerit. Quæ benignitas non excogitavit, quominus ad iustitiam isthæc causa perveniret? Causa profecto voto, etiam in penitentiam tempore dato. Pervenit, sed iustitia (ut quo iure constaret) in tribunal amoris causam reniisit, quem invenit fulminantem, tantam perpendicularem cordium ingratitude, sine penitudine nulla, ex torta insensibili conscientia vindicem igitur habuerunt amorem, & per voce ac tonitruo paratum fulmen etenim cum iustitia discutitur & libretur causa; in extrema processit hominum furor; quorum causam patiens condemnavit amor. *Iudices iudicabant.* Quorsum ista, si iudicium necessaria præmunere forma? Ut constet ex criminum indulgentia, quanta Deo concipiatur ira. Haud apparet iudicare, ubi dissimulat intentâ peccatoris penitudine: diciturque de iudice iudicium, iudicis nota; ut Dei parentis timeatur indulgentia: siquidem in delinquentes gravius iudicium formatur; dum non videtur efformare iudicium.

*Ad scelera pœnas ultrix venit ira Tonâris, Hoc graviore manu, quò graviore pede.*

3. Fumum misericordix ac iræ symbolum fuisse, astruit Guiliehm. Stack de *Sacris. Genes.* fol. 105, quo lux fumitur in celebre testimonium Davidis. *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit:* Genebrard. *Fulgura.* Si fulmen instrumentum vindictæ, unde fumus ab ira nota clementix? Deus, vel dum exacerbatur in supplicium iniquitas, in ira vel magna continet misericordias: equidem cum fumus eliciat ab oculis lachrymas; ne cogatur mittere fulmen in exterminium hominum, premitte benignè in austeritate fumum: igitur cuncta in supplicium meditata cessant, si præ dolore criminum etiam ad iudicem plorant. Clementix sanè isthæc ira signum est, in eos qui convertuntur ad cor: iraque & misericordia in fumo continentur, ubi peccatores propter crimina plectuntur; quoniam dum in fumo iræ launt iudicij pœnas, ut pœnæ cessent, facit erumpere in lachrymas. Magna profecto in fumo indignationis, patent ubera pietatis: etenim vel dum punit, quia crimen cogit, in usum innatæ divinæ clementix, transeunt quamprimum instrumenta supplicij. Violente namque in supplicium inducitur, qui ostendit etiam in dolore, quo placetur.

4. Ergo in Didascalix propositum. In fumo signantur & ira & misericordia, ex hisque Deus percitus transit in fulmina. *Et ignis à facie eius exarsit.* in facie Domini, fonte gratiarum, non pœnæ, sed omne bonum: ibi enim hominum gloria, qua torrente veluti voluptatis satiatur anima: & fulmina in peccatores signantur, ibi & ubi gaudia summa continentur; quippequam in eius faciem non videbant nisi fulmen, quem sprevere clementem.

*Savit infelix amor.*

Uti ait Seneca in *Medea*, v. 136. Ut traheret corda, vitra amor Dei cogitavit obsequia; sed cuncta frustra: mittitque fulgura ut dissipet, quos trahere studijs non potuit; quippe infelix transit in gravissimam sevitiam, si videt ab ingratis proteritam misericordiam. Ira, clementia, & iterum ira. Clementia in fumo iræ fomite & obice: ira gravior in igne. Ingrati pessandere indulgentix gratiam, modoque nullam obtinebunt indulgentiam: etenim cum in dolore crimina urgerent, misit fumum ut plorarent: fulmenque in vindictam transit, quem uti signum clementix fumum misit; quippe amorem infelicem in ultionem provocarunt, quoniam plorare noluerunt. Præmittit causam exacerbationis Regius *Palates. Fimamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.* Ira homines parvipendunt, quousque experiantur, intendentes in Dei clementiam, sed abdicentes iustitiam, qua compescuntur appetitus audaces, ne quid temere audeant in leges: exprimitur ira in fumo; ut quanta sit ignis, ni dolent, adsistat consideratio: transique in fulmen iræ fumus, quo intendebat dorum hominum emollescere peccatus; quoniam summè exacerbatur (dum amor, ne puniat, clamar) nec vestigium in frangem invenit repenitendinis, vel quo franguntur conturbati lapides. Quo in lachrymas liquescit congruit, magis peccus obstinatum pertinaciter induruit, fulmina amore vibrante, internâ animi iustissima indignatione, gratiâ & pœnâ protervitate frustratis: quandoquidem vel amantis vehementer moventur bilis; videns etiam supplicio duriora corda, quo confringuntur durissima saxa. *Commota sunt, quoniam iratus est eis.* Insensibilia sentiunt in exempla, ut sensam habeant sententia corda: illorumque Deus exponit commotionem, in supplicium hominum arripens

Ibidem

Spreta clementia, vindictæ flamma.

Seneca

Doleat cor, quippe non doluit.

Verf. 2.

Peccatores plectuntur, quia flagellati nec morantur.

Ibidem

prens

piens fulmen; ut constet unde maior indignatio summa pietatis: igitur tomes acer in fulmine indignationis, videre siquid iustitix etiam lapides moveri, & corda obnoxia iustitix sine ulla prostrata motione.

5. Denique: Deus in homines & misit ignem, & misit fulmen: ignem, ut corda converteret, fulmen, ut inferno manciparet. Si ex igne, vel acior ignis est fulmen, quodnam utriusque discrimen? Uti que magnum, ut irati amoris effugiamus iudicium. *Fumum ignis sequi solet,* subdit Genebrard. quò nuper fulmen e contra fumum antecedit: proponitque ignem & fulmen; ut clareat differentia supplicij ab amore: exorti, simulque amoris irati: igne, videlicet in vita tranite, sed fulmine in vite fine. In vita mittens ignem, quem fumus præcedit, ut adveniens supplicium inveniat sctum, quo quiescit amor, atque compescitur rigor: verum cum despectus exardeat, & in ingratos implacabilis irruat, fulmen, quod sequitur fumus, torquet in morte, quippe tunc in subsidium non profunt lachrymæ. Liqueat iam quomodo fumus & signum clementix & signum vindictæ: igitur qui placidè propter criminum sctam indulgens contulit gratiam; plectitur iratus sine illorum penitudine præterire indulgentiam. *Sanguis in mammis furoris signum:* misit Hippocrat. lib. 5. *Aphorism.* 40. roboratque Læ. *Bisciol.* 1. part. *Horan. subsocio.* lib. 9. cap. 1. E rebus naturalibus constat exemplum ad mutationem affectus, unde Pub. Syrus in *Mimis*, 121. succinit:

Genebrard.

Cur rigor iustitia in fulmine, & pietas in igne?

Hippocr.

P. Syr.

Sanguis in mammis furoris signum.

Unde furoris, quæ si qua pietatis?

tatem penitendinis; quo mutatus in odium amor, & lætis pariter color: equidem in cruciaman meditato impenitentium, pro lacte ostendit duntaxat sanguinem vulnerum.

6. *Non addam ultrâ, ut diligam eos:* dicit Dominus per *Osam.* Plura in eorum dilectionem studia: iam amoris nec memoria. Eò pervenerunt offensæ, quò extenta gratia: igitur quæque à peccore munifico & generoso, suffocat illorum ingratitude, ex gratijs constans in vulnera tela: ut diligam eos, non addam ultrâ. Nec meminisse placet, insolentiz tradet, nec memor: ero nominum eorum per labia mea: non addam ultrâ. Quò magis donorum circumferentia extenduntur, magis à centro beneficentiz recedunt. *Omnes principes eorum recedentes.* Alii qui ita dignati, prorsum infelices: sed & eis, cum recesserit ab eis. Iam notus amor, & fervore nimius: siquidem vel summa dilectionis excessus; quòd gratiæ cum vehementi amore perseverarent, vel cum illi uti ingrati recessissent. Dilexi illos, & fervore nimius: siquidem vel summa dilectionis excessus; quòd gratiæ cum vehementi amore perseverarent, vel cum illi uti ingrati recessissent. Dilexi illos, sed ultrâ non diligam, nec dona conferam: igitur cum trahere illos intendem in vinculis charitatis; sicut obsequijs in amorem proterviores. Beneficium est denegare beneficia, ac expellere etiam clamantes à gratiâ: quandoquidem vel in præfura urgentis necessitatis, excusantur ab infamia amplioris ingratitude. Obsequijs sanè ingenitum, flectere corda, quoniam gratijs vincuntur quæ rationalia. Ductus vehementiæ amoris, consului generosè dilectis, peccatoris ostendens flammam: iam non addam ultrâ, ut diligam: etenim ut crescant sine termino offensæ; quoniam dilecti abutuntur amore. *Propter malitiam adinventionum eorum effugiam eos.* A me emanant beneficia, verum cultus illorum ad idola: diciturque adinventiones malitiæ pro ista gratiarum redemptione; siquidem quò plus amor sese extendit in gratias, maiores cogitant in amorem iniurias. Amor plectere debet, quos trahere suavitate nequit. Amor? Uti que igitur in indulst, in qua lapsa conditio fragilitatis, vindex debet excidere malitiæ cordi.

7. Scrutemur vindictam. Væ illis, si recesserit ab eis. Iam recesserant ab illius cultu, ex quo calamitas. Væ illis, si Deus recedit, in quo maior infelicitas. Recedit Deus per peccatum: grave anima, fracta inter utrumque pretiosissimi.

Cap. 9. 15. Hebr.

Ibid. & v. 12.

Amor non fugit, etiam dum cor ab amore recedit.

Fugit gratiarum utrumque.

Est furor de spectus amor.

Ruth. 1. 1.

Pomey.

Psalm. 17. 9.

Lachrymâ compescitur iniquitatis vindicta.

Fumus cur iræ & clementie typus?



Libertas in panis in pec calu acruis supplicium.

ma amicitia. Dimittere peccatorem in desideria cordis, est tradere in reprobum sensum volaptratis illegis, que dum appetit, & sequitur suavia, sine dolore sensus recipit vulnera: Deusque minatur in vindictam desertionem, tantam in dilectis perpendens ingratitudinem; quoniam maior nequit excogitari vindicta, quam permissio precipitij in voluntatis idola. Si Deo favente ita mentis insatiatio in damna moveret, quid si recesserit? Præsentia eius est depositam gratiarum: absentia verò est origo dolorum. Illa favet, hæc expellit. Absentia Dei præsentis malis est malum: præsentia autem bonorum est summum bonum: & dum amor vindictam sollicitat in ingratos, eius cordis præmeditatur recessus; ut dupliciter torqueantur, qui à tanto amore ingratisimè recedunt: equidem premet cruciamen calamitatis præsentis, & simul premetur ratio absentia felicitatis. Amor despectus implacabilis demonstratur in ira, quippe protrita patientia, qua ferebat dilectorum despectus & fatidia; an resipere corda, quoniam patienter ferebat. Ille trahere, ut faveret, concupivit; exterum pectus recessit. Gratiarum ab amore construxit protervè abusus: unde despectus amor meditatur recessus; ut laquei amori penas, qui qui auri sunt in iniurias, patientes sub amore severitatem iustitiae: etenim si presentia grata amoris, premit in munere iudicis, quia in uberibus est sanguis. Abest, dum assistit vindex, ut timeatur præfens absens: igitur si ex absentia pena, & ex presentia gratia; in penam despectus gratia, meditatur absentiam summi boni.

Absentia Dei summum malum.

8. Ulterius. Va (inquit) est, cum recessero ab eis. Iam absentia expositus effectus, & causa absentia: modò examinandum, quid signetur in Septuag. lectione. Va cum recessero ab eis: Septuag. Caro mea ex eis. Versionem sequuntur Theophylact. Theodoret. & Doctif. Sanct. hic n. 59. & 60. Loquitur (infit) Propheta de Incarnatione. In hoc infallibili ac ineffabili arcana duplex est visa natura in unica divina persona. Hoc dicitur recessus, ac Deitatis absentia? Elevatur natura humana in ordinem hypostaticum, & tanta felicissima gratia signatur ut infortunium? Va? Recessus nota, ubi unio maior neque visa, nec videnda? Quid dicemus? Ufuvenit cordibus humanis, maiorem meritum cogitantibus absurdè dignitatem; amplecti odiosam ingratitudinem: maio-

Septuag. Sanct.

Despecta ex gratia efformatur vincta.

ris enim ducant merium, quam collatum, quantumvis gratis sit, donum. Perfectum est mysterium Incarnationis, quod nemo vel audeat quibet præsumere, sub merito cadere; unde obnoxius in æternam gratitudini. Quid debuit, si debuit, ultra facere? In summum amor pervenit. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. In summum pervenit amor: quid inde? Homo beneficio protervior: etsi tantam viderit dignationem; inclitum auget ingratitudinis crimen. Quid ab amore magis fatus, magis insensu amori: Væque amor dicit inexcogitabilem homini felicitatem, dum dignatur filius Dei admittere incarnationem; quoniam maius onus, atque fulmen in vindictam, maiorem cunctis sprevisse gratiam.

9. Clarius promam. Pletere iratus amor ingratisimos intendit; & sublimius donum Incarnationis exponit. Væ eis. Qui responder gratia, benefactori satisfacit: irritat, qui non respondet: plus iram movet, qui despicit: amorque divinus in supplicium ingrati, maiorem gratiam signat, que potest fieri; quippequam dum pessundata maior ab amore gratia; concessa dona convertuntur in telam non spes in amore, qui tantoperè studuit singularissima gratia: equidem cum lacestat stomachum, amoris in gratias proculcare studium; fulmina in cruciamen excutit ipsemet amor qui maiorem gratiam contulit. Denique: In incarnatione ad nos accessit intimius amor; quippe humanitatem sibi filius Dei intimè univit: & tunc recessit? Nobiscum est, & tunc abest à nobis? Præsentior, & absens: O pessima cordium ac perfida ingratitudo! Infelix in ampliore felicitate iacet homo: igitur dicitur absentia Deitatis, mysterium Incarnationis; & quia crevit peccatoris audacia, quasi nulla Dei esset in carne presentia, & quia eius efformavit sine tempore recessum, maximum erga se sprevisse beneficium. Vernaculè: Las gracias firven de verdugo, por su estrago: passando à venganza rigurosa con su ausencia, no averse aprovechado de la mayor gracia. Aptè Nonnus, 1. Dionys. v. 81.

Amor carnis, dum iudex.

Servilem cervicem Amor flagellavit cæsto. Nonn. Amor? Hercle, ingratitudine iure succensuit; & quem fovit, uti ingratum flagellavit. Cæstus, uti dicam Tautolog. 3. n. 17. Quid cæstus? erat zona, qua sedebant gratia, cuncta amoris suavitates & delicia. Summa elucet

Aristotel.

Sal è dulci aqua acrior.

S. Bened.

et indignationis amoris, dum dilectus flagellatur non verberibus, sed gratijs: etenim despecta gratia, que maiora beneficia convertuntur in flagella. Sal è dulci aqua acrior, quam falsà: inquit Aristotel. de Vegetabilib. & Maiol. Tom. 1. Dier. Canicul. colloq. 10. Dulcissimus est amor, quasi mel, ni convertatur in sal pravitate ingratitudinis, qua variatur excellentia conditionis: claret emblema Redemptoris N. amoris, & venientis tanquam iudicis: equidem qui noluit sequi eius amoris dulcedinem; quia ab amore, maiorem patietur acerbicatem. Mala profectò causa, dum ab amore irato datur sententia. Ne causa cadat, cor beneficis respondeat. Propter emendationem malorum (inquit Gloriosus Benedictus in Prolog. Regul. Sancti.)

buius dies vite ad inducias relaxantur. Lamentabile prorsum, quòd acies dirigenda in criminum penitendum, duntaxat intendat in dierum & morum relaxationem. Hinc cap. 4. Instrum. 44. addit: Diem iudicij timere: ne iusticia convertatur in gratia iudicium, & misericordia in vindictam sumat gladium. Qui iudex fururus, positus est in ruinam & resurrectionem multorum. Amorem spectat distributio præmij æterni, atque supplicij: crescetque cruciamen pœnæ, si ibi in ruinam perpetuam cadunt, ubi alij in vitam gloriosissimè resurgunt. Christus amplectitur amplectentes: at verò in irrisores amoris, Gestat ceu fulmina mundi armis.

Idem.

Manil.

